

non contingentem, profusionem sanguinis Domini fuisse di-
co: quia eam totidem Vet. Test. typi premonstrant. Quis
non cruenta illa Agni Paschalis matatio presignificabat,
fore ut et noster Messias in Circumcisione sua cruentare-
tur? Presignificabat hoc utiq;. Nonne etiam cruentis hostiarum
oblationes typum cruentis Circumcisionis Christi prebent?
Presignificabant utiq;. Nonne sanguinis in aere crematio pre-
monerat, fore ut in mensa commendandi IESU, in ara
deniq; crucis perentissimi ignis amoris cremaretur Domini-
cus sanguis? Premonerat utiq;. O abstrusissimum! o pro-
fundissimum Circumcisionis Domini mysterium!

Adhuc primi sanguinis, quem in Circumcisione sua ef-
fudit IESUS infans, profusio fuit purissima. Maxime
puram, non ullis sordibus mistam eam aut pollutam,
fuisse dico: Nam si talis fuisset, non diceretur, quod
hodieum peccatorum menter dealbare possit. Ita enim
Iohannes, pre alio dilectus Christi discipulus, quoq; pecto-
ri antissime adherens solus; Sanguis, inquit, IESU CHRIS-
TI, mundat nos ab omnibus peccatis.

Quis quod sancti, albi solum sancti, in Iohannitica tra-
palyssi introducuntur, quos quidem non lacte, nec alio
quapiam tinctura, sed sanguine Agni dealbassent.

Queritis ex me, Aud. Veneri, quid fiat, ut de rubro heic
dicatur, quod dealbare possit? Audite vobis, magnam
illud Ecclesie lumen, columnam et numen, Augustinum
respondentem: Sanguis, scilicet, excoquitur calore et candescit:
ita sanguis CHRISTI IESU tanto ardore pro nobis est
fusus, ut, igne charitatis excoctus, dealbet dum emun-
dat ab omni peccato. O mirabile! o inestimabile Cir-
cumcisionis Domini mysterium!

Vos interim, Audtores Reverendi, habetis primi sanguinis
Domini puritatem, quam miramini meum magis, quam
rememini: accipite hunc etiam sanguinem IESU
infantis